g *Cum.*] Adde atque vide per Oſaſc. dict. deciſ. 81. col. fin. *Giach.*

Vocantur per dictionem
5 *cū.*] Sit† plures, inter quos cadit ordo charitatis, fuerint iuſtituti per dictionem cum ſimul, vna, coniunctim admittuntur, non autē ordine ſucceſſorio: vt præter Clarum Noſtrū, tradunt Bartol. Gribald. & alij in dict. l. Gallus 29 §. quidam rectè, 1. ff. de liberis, & poſthum. hæred. inſtituē. Couar. in cap. Raynutius 16. §. 2. num. 3. de teſtamēt. Vaſq. de ſucceſſ. creat. d. §. 20. num. 121. Mantic. dicto tit. 9. nu. 29. & Graſſ. d. §. inſtitutio, quæſt. 20. nu. 9. *Harprec.*

poſt nu. 6. Pariſ. conſ. 82. num. 11. lib. 2. Emil. Ferret conſil. 10. nu. 1. Vtilitas autem eſt euidens, & maxima; quia ſi cenſeretur inductum fideicommiſſum; non poſſet filius de ipſa hę reditate libere diſponere, et teſtari, ſed teneretur illam reſtituere ipſius nepotibus. Si vero tantummodo eſt vulgaris ſubſtitutio; filio adeunte ſtatim expirat, iuxta ea quæ dixi ſupra §. ſubſtitutio.

5 *Quando plures perſonæ, inter quas cadit ordo charitatis, vocantur per alternatiuam, puta, inſtituo Titium, vel eius filios; tunc videntur vocati nō ſimul & ſemel, ſed ordine ſucceſſiuo ſcilicet, primo Titius, & deinde eius filij per fideicōmiſſum, & in hoc Doctores ommes conueniunt, vt dicit Dec. conſil. 95. n. 4. circa fin. Et ideo, ſi quis ſubſtituat filios vel nepotes Titij, hęc alternatiua poſita inter perſonas, inter quas cadit ordinata affectio, ſtat proprie, & nō reſoluitur in coniunctam, & donec vnus ex filijs ſupereſt, nullus ex nepotibus admittitur, ita communiter concluditur, vt dicit Pariſ. conſ. 21. nu. 1. lib. 3.*

6 *Quando plures perſonę, inter quas cadit ordo charitatis*
8 *vocantur per dictionem, Cū puta, inſtituo Titium cum Mæuio eius filio: hoc caſu Titius, & Mæuius admituntur ſimul & ſemel, non autem ordine ſucceſſiuo. Et hæc eſt cōmunis concluſio, vt atteſtantur Scribentes in d. §. quidam recte. & in ſpecie, Iaſ. nu. 30. vbi dicit, quod cum iſta deciſione omnes indifferenter tenent.*

7 *Quando plures perſonæ vocātur ſub nomine collectiuo cū alijs ſub duplici denominatione: puta, inſtituo Titium, et nepotes Mæuij: iſti plures dicuntur quo ad Titium haberi pro vno tantum, & ideo facienda ſunt duæ partes, nulla habita ratione, quod nepotes Mæuij ſint plures numero. Et hæc eſt cōmunis concluſio, vt dicit Soc. iun. conſ. 104. nu. 25. lib. 1. & hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica.*

QVAESTIO LXXXI.

SVMMARIA
Ex Claro.

1 *Præteritione filij an teſtamentum annulletur.*

Ex Additionibus.

1 *An, et quatenus præteritione filij parentum, vel collaterarium item exhæredatione filij parentū, vel teſtamento annulletur ſiue rumpatur, remiſſiue.*

ADDITIONES.

a AN *præteritione filij.*] Et quod filiorum natorum præteritione reddatur teſtamentum ipſo iure nullum, eſt text. in d. l. inter cetera. ff. de lib. & poſthu. Etiamſi illico decedat, Inſtitut. de exhæreda liber. in princ. Idem dic de præteritione filiarum: quia omnia diſpoſita in teſtamento paterno conſeruantur, ſecundum communem prærer hæredis inſtitutionem: vt atteſtatur Rolandus conſil. 71. num. 56. & dixi in collect. mea commun. opin. in verb. pręteritio, num. 1. Et quid in præteritione poſthumi ignoranter facta, an conſeruentur legata in magna quātitate facta? utrumque commune, vide in d. collecta mea, vbi ſup. nu. 3. 4. 5. *Giach.*

QVÆST. LXXXI.

1 E*Xplicatis quæſtionib. quæ ad teſtatoris voluntatem intterpretandam pertinent, videndum eſt, quibus modis teſtamenta infirmētur; et in primis quæro, an præteritione filij teſtamentum ipſo iure annulletur? dixi late ſup. 24. & ſeq.*

Præteritione filij.] De hiſce tribus quæſtionibus, præſenti videlicet, & ſequentibus duabus (an ſci-
1 licet † & quatenus præteritione filij, parentum, vel collateralium, item exhæredatione filiorum, aut parentum teſtamentum annulletur, vel rumpatur) ſatis, abundeque tractauimus ſupra quæſtione 40. 41. 42. 43. & ſequentibus.

QVÆSTIO LXXXII.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Ptæteritione filiorum, vel collateralium, an teſtmenta annullentur.*

QVÆSTIO LXXXII.

1 Q*Væro etiam, an propter præteritionem parentum, vel collateralium, teſtamenta annullentur? dixi ſupra quæſt. 48. & ſeq.*

QVAESTIO LXXXIII.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Exhæredatione filiorum vel parentum, an teſtamentum rumpatur.*

QVÆSTIO LXXXIII.

1 Q*Væro, an propter exhæredationem* a *filij teſtamen-*
a *tum rumpatur? dixi ſupra quæſt. 40. & 41. dixi, ex quibus cauſis filius a patre exhæredari poſſit.*

ADDITIONES.

a AN *propter exhæredationem filij teſtamentum rūpatur.*] Nota hic, quod præteritio, & exhæredatio facta incōmodum, & in prouiſionem filiorum, ne iuuenili caloſe impulſi amittant bona contrahendo, vel delinquendo, haud vitiat teſtamentum, vide per Nat. in conſ. 472. ſub num. 3. *Giachar.*

QVÆ

QVÆSTIO LXXXIV.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Legitimatione filij naturalis, vel ſpurij, an teſtamentum rumpatur.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid filij naturalis legitimatione rumpatur Teſtamentum.*

ADDITIONES.

Q*Vod ſic.*] Adde etiā, atque vide de iſta q. per Mar. Anguſſol. in conſ. 10. n 4. quæſito. vbi ſimiliter de magis communi opinion. ex Alex. in eadem rubr. col. 1. in ver. Addi. quam confirmat aliorum etiam auctoritatibus *Giach.*

Quod ſic.] Adde Rim. Curt. iun. Zucchar. l. poſthum. C. de bon. poſſ. contra tabul. Vaſq. de ſucceſ. par. 2. lib. 2. § 20. num. 31. & par. 2. lib. 1. §. 9. num. 3. Burſ. conſil. 15. numer. 2. *Gouean.*

1 b †*Poteritque talis† filius legitimatus, ſi fuerit præteritus, dicere teſtamē tum nullum.*] Huc referri, & peti poterunt ea, quæ annotauimus ſupra ad q. 42. numero 8. & ſequent. *Harprec.*

QVÆST. LXXXIV.

1 Q*Væro, an legitimatione filij naturalis, vel ſpurij Teſtamentum rumpatur,*
a *Reſpon. quod ſic,* a *perinde ac ſi ipſe poſt teſtamentum legitimus natus fuißet, & ideò ſi pater poſt conditnm Teſtamentum filium naturalem legitimauerit, vel etiam iam legitimatum præterierit, vel ſine cauſa exhæredauerit, rumpitur teſtamentum, poteritque talis filius legitimatus, ſi fuerit præteritus, dicere Teſtamentum nullum, vel contratabulare; & ſi ſit exhæredatus, habet querelam. Et eſt communis concluſio, vt atteſtatur Alex. in Rubric. ff. de liber. & poſthum. poſt num. 3. & conſil. 139. numero 1. lib. 2. quem refert Dec. in l. poſthumo, in additio. ad primam lecturam, num. 17. in fin. Socin. conſ. 126. num. 5. lib. 2. prout illum refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 7. num. 2. lib. 2. & conſ. 55. num. 2. lib. 3. Iaſ. in d. Rubr. ff. de liber. & poſthu. nu. 5. & ſeq. & conſ. 202. col. 2. verſ. Scias ergo, lib. 2. Dec. conſ. 52. poſt nu. 1. & conſ. 343. poſt nu. 2. verſ. Nec obſtat ſi dicatur, & conſ. 365. poſt nu. 7. verſ. Quarto concludunt, & conſ. 366. num. 5. Regulariter enim legitimatus æquiparatur legitimo, vt dixi ſupra libro 2. §. filius, & ideò omnia iura loquentia de filijs legitimis habent etiam locum iu legitimatis. Et hæc eſt communis concluſio, vt dicit Socinus in allegato conſil. 226. poſt num. 5.*

QVÆSTIO LXXXV.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Teſtamentum an rumpatur per ingreſſum religionis.*

Ex Additionibus.

1 *Nunquid per ingreßum religionis rumpatur teſtamentum, remiſſiue.*

ADDITIONES.

a
1 AN *per ingreſſum religionis teſtamentum rumpatur.*] De iſta quæſtione non nihil attulimus ſupra in q. 28. num. 12. *Harpr.*

b *Sed retenta.*] Vide, quæ ibidem dixi. Sed hic obiter quæritur, creditoris intrantis Religionem, quem debeant conuenire, an debitorem, vel monaſterium? Vide per Spec. tit. de Stat. Monach. nu. 53. de quo etiam dixi ead. quæſt. 28. in verſ. dixi. Et quod teſtamentum conditum ab eo, qui intrauit religionem, confirmetur per profeſſionem, haud expectata morte naturali: cōmune dixi iu colle. mea comm. opin. verb. teſtamentum. vbi etiam retuli regulam negatiuam. *Giach.*

QVÆST. LXXXV.

1
a Q*Væro, an per ingreſſum religionis teſtamentum rumpatur. Dixi ſupra. quæſt. 28.*
b *verſ. Sed* b *retenta.*

QVÆSTIO LXXXVI.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Teſtamentum an rumpatur reſurrectione teſtatoris.*

QVÆSTIO LXXXVI.

1 Q*Væro, ſi teſtator moriatur, deinde reſurgat, an rumpatur eius teſtamentum? Eſt pulchra quæſtio, ſed de raro contingentibus; ſi tamen contingeret, prout in Lazaro quem Chriſtus Dominus noſter a mortuis ſuſcitauit, tenendum eſt, quod Lazarus a mortuis reſurgens hæreditatem ſuam de iure recuperauerit, & rumpit teſtamentum, ſi quod prius condiderat, vel tanquam ipſemet (non enim videtur defunctus, qui tam cito reuixit) vel tanquam poſthumus, qui de nouo natus eſſet. Ita tenuit gloſſ. in l. ex his, in gloſſ. 1. ff. de leg. quæ in hoc communiter eſt approbata, vt dicit Alber. in d. l. ex his, nu. 1. Alex. in l. ſi marito, in princip. num. 5. ff. ſolut. matrimonio.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Teſtamenium conditum per metum, an ſit ipſo iure nullum.*

Ex Additionibus.

1 *Teſtamentum per metum conditum, an ſit ipſo iurre nullum, remiſſiue.*

ADDI.

ADDITIONES.

a METum] Hic ſcias, quod metum iuſtum non iducunt minæ, niſi ſic tribus concurrentibus, quod periculum comminatum ſit magnum, puta de perſona, vel de bonis: quod perſona minans poſſit veriſimiliter damnum inferre: tertio, quod minans ſit ſolitus minas exequi. De omnibus iſtis vide per Rolandum in conſilio 83. num. 23. Et de metu dixi in collecta mea commun. opinio. in verb. metus. *Giachar.*

1 *Nunquid teſtamentum conditum per metum, &c.*] Hæc † quæſtio explicata eſt ſupra ad quæſt. 1. num. 11. & aliquot ſubſequentibus. Adde tamen eadem de quæſtione videndos, Iacobus Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. cent. 4. caſ. 395. numer. 7. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 17. num. 5. Michael. Graſſ. lib. 1. recept. ſent. §. teſtamentum. q. 83. & Nicol. Reuſnerum in tractat. de iure teſtamentor. part. 6. capit. 9. vbi & plures alios citat. *Harpr.*

QVÆST. LXXXVII.

1 *QVæro, nunquid teſtamẽtum conditum per metum a ſit ipſo iure b nullum, an autem veniat reſcindendum ex capite metus, & dixi infra, libro 7. §. metus.*

b *Nullum.*] Commune dixi in collect. mea, verſic. teſtamentum, num. 57. *Giachar.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vltima voluntas, an vitietur falſa latinitate.*

Ex Additionibus.

1 *Num vltima voluntas vitietur mala latinitate.*
2 *Ecquid teſtamentum perplexum cenſeatur nullum.*
3 *Perplexitas quandam impoſſibilitatem inducit.*

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid vltima voluntas, vel fideicommiſſum vitietur mala grammatica.*] Loco huius quæſtionis (quæ dubia non uidetur: quid enim refert, utrum teſtator terſe, & Latine, an uerò barbare, & uitioſe loquatur: ſi modo alias de uoluntate eius rite, & euidenter conſtet?) 2 quæri poterit: num † Teſtamentum perplexum, (quod mirum adeò obſcurum, & tortuoſum eſt, ut certo ſciri, aut intelligi non poſſit, quæ Teſtatoris uoluntas fuerit) ipſo inre prorſus inutile, atque nullum cenſeatur? Et nullum, atque inutile cenſeri, apparet ex l. Titius, 16. ff. de conditionibus inſtitution. & l. ſi quis de pluribus, 27. ff. de rebus dubijs. 3 Eiuſque ratio non obſcura eſt: quoniam † perplexitatis ratione impoſſibilitas quædam inducitur, quæ indiſſolubilis eſt, & propterea actum uitiat, tradente Romano in l. unica, numero 24. uerſ. non obſtat illud argumentum. C. quando nõ petentibus partes petentibus accreſcant. Idque explicatius proſequitur Reuſner. in tracta. de iur. teſtam. par. 2. cap. 11. *Harprec.*

QVÆST. LXXXVIII.

1 a *QVæro, nunquid a vltima voluntas, vel fideicommiſſum, vitietur mala grammatica, vel falſa latinitate? dixi ſupra hoc eodem libro. §. Subſtitutio.*

QVÆSTIO LXXXIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Teſtamentum, in quo debitæ ſolemnitates non internenerunt, an ſit ipſo iure nullum.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrnm teſtamentum, in quo debitæ ſolemnitates non interuenerunt, ſit ipſo iure nullum.*
2 *Teſtamentnm in dubio ſolemniter factum præſumitur.*

ADDITIONES.

a A*N teſtamentum, in quo non interuenerũt debitæ ſolemnitates, ſit ipſo iure* 1 *nullum.*] Quod † eiuſmodi teſtamentum regulariter ipſo iure ſit nullum, non dubitatur. Cui addendum eſt: coniecturam in dubio 2 † pro teſtamẽto capi oportere, ut ſolemniter factũ uideatur: & qui dicit non ſolemne, uel non iure factum probare debet, l. ſi poſt diuiſionem 4. & ibi gloſſa, Bartolus, Baldus, Iaſon, & alij. Codice de iur. & fact. ignorant. Alciatus in l. ſecunda, numero uigeſimonono, C. de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabul. Idque fuſius explanat Franciſcus Mantica in Tractatu de coniectur. ultimarum uoluntatum, libro ſecundo, tit. 9. *Harprec.*

QVÆST. LXXXIX.

1 a *QVæro, an teſtamentum, in quo a non interuenerunt debitæ ſolemnitates, ſit ipſo iure nullum; Reſpondeo, quod ſic; text. eſt in l. 1. ff. de iniuſto rupt. Quæ autem ſint ſolemnitates in teſtamento requiſitæ, dixi ſup. q. 35. & ſeq. Hanc tamen concluſionem intellige, vt procedat regulariter. Sed ſi ſit teſtamẽtum priuilegiatum, puta, conditum à* b *milite, vel inter b liberos, vel ad pias cauſas, iſtis caſib. etiã ſi ſolemnitates à iure alias re-* c *quiſitæ deficiant, teſtam. c ſuſtinetur, vt latius dixi ſupra, q. 6. & q. 8. & q. 15. &c.*

b *Inter liberos.*] Amplia dupliciter, atque limita ſex modis, ut per Iaſ. in dicta l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, columna prima, & 2. C. de teſtament. *Giachar.*

c *Suſtinetur.*] De teſtamento uero, quod eſt dementia teſtatoris dicebatur nullum, atque de illius validitate, uide per Riminald. Iun. conſ. 376. *Giachar.*

QVAESTIO XC.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Ex Teſtamento minns ſolemni an oriatur naturalis obligatio.*
2 *Et quid in legatis.*
3 *Et an legatarius eo caſu poſſit retinere rem legatam, ope exceptionis.*
4 *Et an hæres teneatur in foro conſcientiæ perſoluere legata in huiuſmodi teſtamento relicta.*
5 *Et quid in hæreditate.*
6 *Et an hæres ſcriptus poſſit eam remittere in foro conſcientiæ.*
7 *Et quid ſi hæres aliquibus ex legatarijs legata perſoluit, an poſſit cogi etiam alijs præſtare.*

Ex Additionibus.

1 *Teſtamento minus ſolemni an oriatur naturalis obligatio.*
2 *Et an hæres teneatnr in foro conſciẽtiæ perſoluere legata in illiuſmodi teſtamento relicta.*

QVÆ-

ADDITIONES.

a M*Inus ſolemne.*] Sed quib. remedijs debeantur legata, & fideicommiſſa ex teſtamento haud ſolemni, vide per Duran. de atte teſtandi, tit. 2. cautel. 3. per totam. Verum aduerte, quia teſtamento eodem non licet vti contrarijs remedijs uedum eodem tempore, ſed nec diuerſis. Qui ergo à priucipio agit tanquã hęres directus, & tanquã teſtamentũ valeat, non poteſt poſtea agere iure codicillorum, vel fideicõmiſſi Iſtã regulã, cum quatuor limitationib. vide per Iaſ. in l. fin. C. de codicil. *Giac.*

b *Præter inſtitutionẽ.*] Vt dixi etiam ſupra. q. 81. *Giach.*

c *Oritur naturalis obligatio.*] Bart. in l. dubium. C. de teſtam. & ibi Alex. num. 2. Iaſon nu. 10. Ripa nume. 97. Viu. lib. 1. opin. 146. Eman. Soarez inter commun. volu. 1. in verſ. teſtamento minus ſolemni. *Gouean.*

1 *Ex teſtamento, vel vltima voluntate minus ſolemni oritur naturalis obligatio.*] Quod † ex teſtamento minus ſolemni oriatur naturalis obligatio, poſt Clarum noſtrum, & ab eo relatos, docent quoque Michael Graſſus libr. primo recept. ſentent. §. 1. num. 12. cum ſequentib. Franc. Mantic. in tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. nu. 16. Reuſuerus in tracta. de teſtam. par. 1. cap. 4. num. 29. cum ſeq. Fachin. lib. 4. controuerſ. iur. capit. quinto, verſicul. probatur igitur, &c. Dominic. de Magdale. de num. teſtium, par. 3. cap. 2. & 3. alijque ab his commemorati. Tametſi contrarium probabiliter defendant Baldus in l. cum quis, 10. C. de iur. & fact. ignor. columna 4. Cynus, Fulgoſius, & Iaſon, num. 16. in l. 1. ff. de condiction. indebit. Petrus Loriot. de iuris art. tractatu 11. cap. 22. hoſque referens Didacus Couar. in cap. cum eſſes. 10. num. 9. de teſtament. Vaſquius de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 1. num. 22. Eaque de re, non nihil monuimus in §. Sed cum paulatim. 3. Inſtitut. de teſtam. ordin. nu. 28. & ſequentibus. *Harpr.*

d *Didacus.*] Latè Didac. ſententiã impugnant Fern. Vaſqu. in tract. libro 1. §. 2. nume. 6. & 8. Hud. Zud. reſp. pro vxore. nu. 41. *Gouean.*

e *Hæres tenetur in foro conſciẽtiæ perſoluere legata, &c.*] 2 Quod † hæres teneatnr in foro cõſcientiæ perſoluere legata, in teſtamento minus ſolemni relicta, latiſſimè explicant Graſſus, Mantic. Fachinæus, & alij locis prçallegatis. *Harprec.*

QVÆST. XC.

a *SEd quæro, an teſtamẽtum minus ſolemne, a vel alias inualidum, ſit adeò nullum, vt aliquẽ iuris effectum producere non poſſit? Reſpon. quod lex adeò fauet defunctorum voluntatibus ſuſtinendis, vt non patiatur eorum diſpoſitiones, etiam nullas, et inualidas, omni prorſus effectus carere, ſed illis etiã præſtat aliquod iuris fomẽtum. Et in primis quidem videmus, quod licet teſtamentũ ſit nullum ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis: ſuſtinentur tamen omnia in ipſo* b *teſtamento contenta b præter inſtitutionem, de quo late dixi ſupra q. 52.*

1 *Præterea ex teſtamento, vel vltima voluntate minus* c *ſolemni oritur c naturalis obligatio. Ita tenet gloſſ. in l. 1. in gloſſ. 1. ff. de condit. indeb. & eſt communis opin. vt atteſtatur Alber. in l. cum quis. circa principium, C. de iuris, & facti ignor. Bald. in l. ſi poſt diuiſionem facti in fin. C. de iur. & facti ignor. Corn. conſ. 261. in littera Q. libro 1. & conſilio 119. column. 8. in littera G. in libro ſecundo, in quibus conſilio allegat Paul. de Caſtro idem atteſtantẽ in l. 1. C. de fideicommiſſ. qui tamen in libro meo hoc nõ dicit, Socin. in d. l. 1. col. 2. verſ. Circa ſecũdum, ff. de cõdict. indeb. Alcia. in c. nouit. poſt nu. 30. extra de iudic. Dicit etiam Ioan. Anni. in repet. l. nemo poteſt, num. 3. ff. de leg. 1. quod ita dicunt cõmuniter Doct.*

2 *Sed hæc quidem concluſio intelligenda eſt, vt procedat in legatis. Nam illa licet in teſtamento minus ſolemni relicta ſint, debentur legatarijs naturaliter. Et ita loquitur gloſ. in d. l. 1. & eſt communis opi. vt dicit Iaſ. in d. l. cũ quis, num. 9. & ſequent. & in leg. plane. §. ſi coniunctim, poſt numer. 15. de legat. 1. & conſilio 82. col. penult. libro primo, quem refert Didac. in cap. cum eſſes, nu. 5. de teſtam.*

4 *Hinc infertur, quod ſi legatarius poſſideat ipſam rem ſibi legata in huiuſmodi teſtamento minus ſolemni, poterit illam retinere ope exceptionis. Ita tenet Bart. in l. nemo poteſt, num. 18. ff. de legat. 1. quem omnes Doctores ſequũtur, ut dicit Capic. deciſ. 89. nu. 2. Et ita communiter tenetur, vt dicit Iaſ. in d. l. nemo poteſt, in 2. lect. num. 84. quem refert Ioan. Dilect. de arte teſtan. tit. 3. cautel. 3. num. 3. &* d *Didacus d in d. cap. cum eſſes: poſt num. 10. verſ. 3. ex hoc. Hanc etiam opinionem dicit eſſe communem, Bertran. d. conſil. 212. numero 19. libro primo, in 2. parte.*

4 *Secundo infertur, quod hæres tenetur* e *e in foro conſcientiæ perſoluere legata in huiuſmodi teſtamento minus ſolemni relicta. Ita tenet Abb. in d. cap. cum eſſes, numero 10. & ſequenti, & eſt communis opin. vt atteſtatur Didacus in eodem cap. cum eſſes, poſt num. 5. Quæ tamen opin. fortiſſimis argumentis conuincitur à Didaco in loco præallegato, vt per te videre potes; & certe ſi caſus contingeret, facile poſſet ſuſtineri contrarium.*

5 *Ceterum in hæreditate ſecus eſt. Illa enim ſi relicta ſit in teſtamento minus ſolemni, non debetur hæredi ſcripto, neque naturaliter: & ideò non poteſt neque ad illam conſequendam intentare aliquam actionẽ: neque ſi illã poſſideat, retinere ope alicuius exceptionis, ſi hæredes ab inteſtato illam petant: ſed tenetur omninò eam illis reſtituere. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Iaſon in d. l. nemo poteſt. in prima lectura, numero 75. & in d. l. ſi poſt diuiſionem, numero quinto, & ſequenti. Bertrand. in d. conſil. 212. numero 21. in fin. Ripa d. l. nemo poteſt, numero 202. Regulariter enim lex multo plus fauet ſuſtinendis legatis, quam inſtitutioni hæredis, vt de hoc multa exempla congerunt Doctores in locis præallegatis.*

6 *Sed quid ſi iſte hære: ſcriptus hæreditatem ipſam poſſideat, & hæredes ab inteſtato eum non moleſtent, numquid poterit illam retinere, & erit tutus in foro conſcientiæ? Reſpondeo, quod ſic: & ita concludunt Doctores, vt dicit Capic. in d. deciſ. 89. numero 3. Hanc etiam opinionem dicit eſſe communem, Ripa in d. l. nemo poteſt. numero 99. quæ tamen, (vt verum fatear) mihi nunquam placuit: prout neque etiam placet Didaco, in lege cum eſſes, poſt numerum decimum, verſiculo ſexto non poſſum. Si enim talis hæreditas non eſt illi neque naturaliter debita: non video, quo iure poſſe debeat illam retinere, & hoc multo magis, ſi eſſet in mala fide, quia ſcilicet haberet ſcientiam nullitatis Teſtamenti, & certè non auderem pro hac parte conſulere, ſaltem ante factum. Bene poſt factum poſſit retineri communis opinio, vt excuſaretur ipſe Hæres à reſtitutione perceptorum, maximè ſi fuiſſet in bona fide. Cogita.*

7 *Sed hic occurrit vna quæſtio, ſuper qua proximis diebns fui interrogatus. Pone, Teſtator condidit Teſtamentum minus ſolemne, & conſequenter inualidum, in quo pluribus perſonis diuerſa legata reliquit. Hæres ſcriptus, adita hæreditate, nonnullis perſoluit legata à Teſtatore relicta. Cum deinde alius ex legatarijs petere etiam ipſe legatum ſibi relictum, hæres opponebat Teſtamentum eſſe inualidum: quærebatur, an talis exceptio illi, prodeſſet? Reſpondeo, quod ſic; & conſequenter*

quod